

satis mihi est vigilare desisse, aliquando dormisse me scio, aliquando suspicor. Epist. 83.  
65. Stultum est somno delectari, et quasi mortem moliri. *De Moribus*.  
Vide etiam tit. *Chorus*, sent. 40, 44; *Officium divin.*, sent. 6.

## DUBIUM.

**COLLECTOR.** *Definitio.* Dubium est iudicio deficiente acceptio utriusque partis cum formidine, et ad neutram partem determinatio. *Vel.* Dubium est motus indifferens in utramque partem contradictionis. *Vel.* Dubium est equalitas rationum contrarium.

## SENTENTIE PATRUM.

- S. ANTONIN.** 1. In dubiis tutior via est eligenda, propter quod scrupulosus eligat viam rigidiorum. Part. 1, tit. 3, cap. 10, § 10.  
2. In dubiis bonorum vita, aliis vivendi regula est: et tanto magis, quanto meliores sunt. *Ibid.*, cap. 10, § 10.  
3. Dubia melius solvuntur ratione, quam inquisitione. Part. 3, tit. 16, cap. 40, § 3.  
4. In rebus dubiis et incertis ratio non debet proferre iudicium absque inquisitione rationis precedentem. Part. 4, tit. 2, de *Prudentia*, cap. 1, § 4.  
**S. AUGUST.** 5. De omnipotentia Dei et iustitia dubitare, de mentis est. Lib. 4, *Retract.*, cap. 9.  
6. Omnis, qui utrum sit veritas dubitat, in seipso habet verum, unde non dubitet: non itaque oportet eum de veritate dubitare, qui potuit undecumque dubitare. *De vera Relig.*, cap. 39.  
7. Si mens dubitat unde dubitet, meminit; si dubitat, dubitare se intelligit; si dubitat, certa esse vult; si dubitat, cogitat; si dubitat, scit se nescire; si dubitat, iudicat non se temere consentire oportere. Lib. 10, de *Trinit.*, cap. 10.  
8. Melius est dubitare de occultis, quam litigare de incertis. Lib. 8, de *Genesi ad litt.*, cap. 5.  
9. Nemo debet cum trepidatione predicare, unde non potest dubitare. Super *Psal.* lxxxviii, vers. 5.  
10. Tene certum, dimitte incertum. Homil. 44, *Ex quingaginta Homil.*  
**V. BEDA.** 11. Gravis animus dubiam non habet sententiam. In suis *Proc.*, verbo *Gravis*.  
**S. BERNARD.** 12. Nemo super his que certa sunt hæset, nemo dubia pro certis admittat, nemo sibi in dubiis iudicium vendicat. *Serm. Quomodo voluntas nostra divina voluntati subijci debeat*.  
13. Unicum in dubiis remedium, seu refugium, oratio est. *Serm.* 57, super *Cant.*  
14. In rebus dubiis plus alieno se, quam pro-

prio credendum est iudicio. Epist. 82, ad *Abbat. S. Joan. Carnut.*

15. Error est humane mentis, certa recipere pro dubiis, dubia pro certis. Epist. 85, ad *Vilhelmum abb.*  
16. Nunquam pertinaciter aliquid affirmes, aut neges: sed sint tute affirmationes et negationes dubitationis sale condito. In *Notabili documento*.

17. Anxius spiritus vicinitatem periculi prodit. **CASSIOGOR.** Super *Psal.* cxlii, vers. 4: *Et anxietus est.*

18. Dubiis in fide Christi, inhærere certialis est quadam parata submersio, ac naufragium. **S. GAUDENT.** In *Resp. ad Paulum*.

19. Cum in dubiis constringimur, utiliter minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus. Lib. 32 *Moral.*, cap. 17, num. 32.

20. In rebus ambiguis, absolutum non debet esse iudicium. Lib. 2, in *Registro*, indict. 2, cap. 83, epist. 44, ad *Andream episc. Tarentin.*

21. Minus nobis Maria Magdalena prestitit, quam citius credidit, quam Thomas, qui diu dubitavit. **S. GREGOR. MAGNUS.**

22. Ille etenim dubitando vulnere cicatricea teligit, et de nostro pectore dubitationis vulnus amputavit. Homil. 29, super *Evang.*

23. Ubi quid ambiguum est, non cito sententiam proferamus. Lib. 2, super *Matth.*, cap. xiii, super illud: *Qui seminat bonum semen, etc.* **S. HIERON.**

24. Dubia in meliorem partem semper vertenda sunt. *De Quest. circa Epist. ad Rom.*, quest. 315. **HUGO A S. VICTORE.**

25. Pessimus in dubiis angur, timor est: nam si qua lateant, pejora putat. Super *Sapient.*, cap. 17. **HUGOCARD.**

26. Res dubia semper facit hominem negligentem. Homil. 49, super *Matth. Oper. imperf.* **S. JOANNES CHRYSOST.**

27. Dubius in fide, infidelis est. *De Mirab. Victor. cuiusdam puella.* **JOAN. GERS.**

28. Oratione melius solvuntur dubia, quam inquisitione. *De ligno vitæ*, tract. 13, de *Orat.*, cap. 1. **S. LAURENT. JUSTIN.**

29. In his, quas vel dubia, vel obscura fuerint, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum invenitur adversum. Epist. 9, ad *Rustic. Narbonens. episc.* **S. LEO I.**

30. Res dubia ac latens melius semper bonis interpretatoribus, quam malis defensoribus creditur. Epist. 7, ad *Aprun.*, et *Verum.* **SALVIANUS.**

## SENTENTIE PAGANORUM.

31. Dubitationis solutio, inventio est veritatis. Lib. 7 *Ethicor.* ad *Nicomach.*, cap. 2. **ARISTOTEL.**

32. Gravis animus dubiam non habet sententiam. In suis *Sentent.*, sent. 161.

**SENECA.** 33. Proximus est neganti, qui dubitavit. Lib. 2, de *Benef.*, cap. 1.

34. Expavescimus dubia pro certis: non servamus modum rerum, statim in timorem venit scrupulus. Epist. 13.

35. Semper quicquid dubium est, humanitas inclinat in melius. Epist. 84.

36. De dubiis non definitas, sed suspensam te neas sententiam. *De quatuor virtut.*

Vide etiam tit. *Definitio*, sent. 11; *Sententia*, sent. 40; *Suspicio*, sent. 45; *Vulnus*, sent. 5.

## DUX.

**COLLECTOR.** *Definitio.* Dux est princeps præcipuus, qui coram populo est, et ei indicat quid faciendum sit.

## SENTENTIE PATRUM.

**S. ANTONIN.** 1. Julius Caesar dicere solitus erat: Dux qui non laborat, ut militibus charus sit, militem nescit amare, nescit humilitatem ducis. Part. 3, cap. 1, § 9.

**S. CYPRIAN.** 2. Gloriosus ducis est, commissa sibi signa servare. Epist. 73, ad *Subjanum*, cap. 3.

**S. GREGOR. MAGNUS.** 3. Dux impius est, qui a tramite veritatis exorbitat, et dum ipse in præcepis ruit, ad abrupta sequentes invitat. Lib. 24 *Moral.*, cap. 45, num. 30.

4. Dux impius est, qui per tumoris exemplum, viam ostendit erroris. *Ibid.*

**S. JOANNES CHRYSOST.** 5. Dux, nisi antea miles optimus fuerit, ne dux quidem esse aliquando poterit. Homil. 5, super *I. Timot.*

**JOAN. GERS.** 6. Si unus dux efficiatur Episcopus vel Sacerdos, remanet dux. *De Pot. ecclesiast. et laicor.*, cap. 7.

**JOAN. SARR.** 7. In tota re militari nihil utilius, nihil clarius duce erudito: nam virtus et industria ducis, efficaciam exercitus, quasi altera lancea compensat. Lib. 6, de *Nugis curial.*, cap. 15.

**S. URBAN. I. PAPA MARC.** 8. Quis tam arrogans, tam impudens, qui in caelosis militia, quam propensius ponderanda est, statim dux esse desideret, cum tiro ante non fuerit? In *Decret. Gratiani*, part. 1, dist. 60, can. *Si Officia*.

## SENTENTIE PAGANORUM.

**MIMUS PUB.** 9. Ducis in consilio posita est virtus militum. In suis *Sent.*, sent. 100.

**PLATO.** 10. Probo summo duci est, ambitiosum et pecunias amantem esse: si palam duces imperii causa mercedem exigant, mercenarii vocantur: si clam ex suo illo imperio mercedem acceperint, fures. Lib. 4, de *Republ.*

## EBRIETAS.

**S. REMIGIUS.** *Etymologia.* Briam genere masculino dicimus calicem aptum potioni a quo dicitur ebrietas, quæ

est nimia potio vini. Super *Epist. ad Galat.*, cap. 5.

*Definitio.* Ebrietas est spontaneus demon ex voluptate in animas irruens. Conc. 14, contra *Ebriosos*.

Ebrietas est excessus, et dicitur ebrietas quasi extra briam: nam bria dicebatur antiquitus calyx vel poculum, qui erat mensura potus; dabatur enim vinum ad mensuram. Tit. 1 *Diecta*, cap. 8.

Ebrietas est, per quam menti quadam sui oblivio generatur, ex superfluo potum indulgentia. *De Fructib. carnis et spiritus*, cap. 9.

Crapula est solius corporis causa illecebra, et avidus potum appetitus. *Ibid.*

Ebrietas est vitium, quo quis potat quando et qualiter et qualia non oportet, et plus quam oportet. Part. 4, in *Descript. termin.*, cap. *Temperantia*.

Nihil aliud est ebrietas, quam voluntaria insanitia. **SENECA.**

Epist. 83.

*Divisio.* Ebrietas species gominia est. Una quæ tribulationem corpori afferat, atque ejus supplantet vestigia, sensumque perturbet; altera quæ mentem virtutis vaporet gratia, et omnem infirmitatem videatur avertere. *De Noe et Arce*, cap. 29.

Est duplex ebrietas altera vino madere; altera vino delirare. Alterum horum est peccatum, alterum peccati causa: utrumque alienum a boni viri officio. *De plantat. Noe*.

*Differentia.* Plurimum interest inter ebrium et ebriosum: potest, qui ebrius est, tunc primum esse, nec habere hoc vitium; qui ebriosus est, saepe extra ebrietatem esse. Epist. 83. **SENECA.**

*Productio.* Fuit ebrietas origo incesti, pessima regeneratricis partus delictorum. *De Elia et Jejunio*, cap. 5. **S. AMBROS.**

Ebrietas mater est malitiæ, hostis virtutis. Conc. 14, contra *Ebriosos*.

Esca crapulam, potus ebrietatem generat, ebrietas autem perturbationem gignit mentis, furor cordis, flammam libidinis. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 43, sent. 1. **S. BASILIUS MAGNUS. S. ISIDORUS HISPALENS.**

Cogita quas clades ediderit publica ebrietas: hæc acerrimas gentes, bellicosasque hostibus tradidit. *Prosec.* **SENECA.**

Hæc multorum annorum peritaci bello defensa moenia patetecit.

Hæc contumacissimos, et jugum recusantes, in alienum egit arbitrium.

Hæc invictos acie mero domuit, ac fatalis scyphus condidit. Epist. 83.

*Comparatio.* Sicut piscis cum aridas fauces profert ut glutiat escam, repente hamum intra fa-

**S. BASILIUS MAGNUS.**

**S. BONAV.**

**HUGO A S. VICTORE.**

**JOAN. GERS.**

**SENECA.**

**S. AMBROS.**

**PHILO JUD.**

**SENECA.**

**S. AMBROS.**

**S. BASILIUS MAGNUS.**

**S. ISIDORUS HISPALENS.**

**SENECA.**

**S. AUGUST.**

- ces reperit; ita et ebriosus intra se vinum suscipit inimicum, qui eum ut intraverit, mox impellit ad omne opus nefandissimum. *De Salut. docum.*, cap. 37.
- S. BONAV. Sicut ebrietas corporalis aufert officium membrorum, et usum sensuum, sic ebrietas spiritualis. *Super Psalm. xxxv.*
- SENECA. Quemadmodum musto dolia rumpuntur, et omne quod in imo jacet, in summam partem vis caloris eiecat: sic vino exestuante, quidquid in imo jacet abditum, effertur et prodit in medium. *Prosecc.*
- Onerati mero, quemadmodum non continent cibum vino redundante: ita ne secretum quidem, quod suum alienumque est pariter effundunt. *Epist. 83.*
- SENTENTIE PATRUM.
6. ANDROS. 1. Ubi caro inebriatur, mens titubet, animus vacillat, cor fluctuat. *Lib. 1, de Penit.*, cap. 14.
2. Ebrietas fomes est libidinis, qua per carnes vaporantur interna viscera, animus ignescit, anima exurit. *Lib. 1, de Cain et Abel*, cap. 5.
3. Non esset hodie servitus, si ebrietas non fuisset. *De Elia et jejuniis*, cap. 5.
4. Habet hoc temulentia, ut et molliat et resolvat corda temulentorum. *Ibid.*, cap. 12.
5. Ebrietas perpetuum dat tremorem, sudant vino corpora temulentorum: si levius ea letigeris, exprimis vinum. *Ibid.*, cap. 16.
6. Ebrietas fomentum est libidinis, ebrietas incentivum insanie, ebrietas venenum insipientie. *Ibid.*
7. Quid est homo ebrius, nisi superflua creatura? *Ibid.*
8. O quanta insaniam! bibamus pro salute imperatoris, et qui non liberit sit reus in devotione: videtur enim non amare imperatorem, qui pro ejus salute non liberit. *Ibid.*, cap. 17.
- S. ANTONIN. 9. Ebrietas fomes est, et nutrix omnium vitiorum. *Part. 2, tit. 6, cap. 3, § 1.*
- S. AUGUST. 10. Non est aliud ebrietas, quam manifestus demon. *De Salutar. docum.*, cap. 37.
11. Ebriosus putat se aliquid optimum gerere, cum fuerit ad precipitia devolutus. *Prosecc.*
12. Per violentiam armatur ad maledicta, et convicia proximorum, et immutatur mens ejus, et lingua balbutit. *Ibid.*
13. Ebrietas est flagitiorum omnium mater, calparum materia, radix criminum, origo omnium vitiorum, turbatio capitis, subversio sensus, tempestas lingue, procella corporis, naufragium castitatis, temporis amissio, insaniam voluntaria, ignominiosus languor, mentis sane debilitatio, turpitudinis morum, dedecus vite, honestatis infamia, anime corruptela. *De sobrietate*, cap. 1.
14. Ebrietas timorem Dei aufert, futurum Dei judicium de corde se habentium tollit, cuncta mala semper appetit, et nefanda committit, temulentis tempora furatur, dies surripit, depositi sui non reminiscitur, ante temulentum posita, nec mente nec oculis contuetur. *Ibid.*
15. Quisquis immoderatus convivioque medius amissis modestie frenis insana fuerit ebrietas prostratus, aversos respicit nutantes, quos inferos videre nequivit, aut sermone longo superflua verba emittit, et vana dicta componit, male clamans et bene sibi sonans. *Ibid.*
16. Ad universa, vel crudelitatis, vel turpitudinis facinora perpetranda facilis invenitur, cui nulla sobriae mentis ratio, sed ebrietas dominatur, cordis sui arcana patefacit, et amicorum sibi commissa secreta in medium prodit. *Ibid.*
17. Sobrietas in feminis ad terram deponit aspectum, ebrietas autem amisso pudore inverecundos erigit vultus. *Ibid.*, cap. 3.
18. Omne secretum quod sobrietas custodit, temulentia publicat. *Ibid.*
19. Qui alterum cogit, ut se plusquam opus est bibendo inebriet: minus malum ei esset, si carnem ejus vulneraret gladio, quam animam ejus per ebrietatem necaret. *Serm. 1 Dom. 17, post Trinit.*
20. O infelicitas generis humani! quam multi inveniuntur, qui ebriosos amplius quam oportet cogunt bibere, et ante ostium pauperibus petentibus vel unum calicem dissimulant dare. *Ibid.*
21. Ebrietas est quasi inferni puteus, quosennaque suscepit (nisi digna subvenerit poenitentia) ita fortiter sibi vendicat, ut eosdem ipsos de inferni tenebroso puteo ad sobrietatis lucem redire non permittat. *Ibid.*
22. Se dicunt esse viros, qui in ebrietatis cloaca jacent: et illos non dicunt esse viros, qui honeste et sobrie stant. Jacent prostrati et viri sunt: stant erecti, et viri non sunt. *Serm. 2, Dom. 17, post Trinit.*
23. Nullus se vestrum inebriet, quia ebrios insano similimus est. *Serm. 1, Dom. 26, post Trinit.*
24. Sunt multi, quod pejus est, qui non solum seipsos inebriant, sed etiam alios cogunt et adjurant, ut amplius quam expedit bibant, et inde saepe inter eos nascuntur jurgia et homicidia. *Ibid.*
25. Ebrietas omnium malorum est mater, omnis luxuriae soror, omnis superbiae pater. *Serm. 33, ad Frat. in eremo.*
26. O ebrietas! tu mentem caecas, judicio recto cares, consilium nullum habes, blandus demon es, venenum dulce es, peccatum suave es. *Prosecc.*

27. O ebrietas! numquid non per te inflatur stomachus? numquid non per te putrescit anhelitus? numquid non oculos caecas? numquid non cuncta membra debilitas? numquid non mortem acceleras? numquid non bursam evacuas? *Ibid.*
28. Sicut ignis facile incendit stipulas, et leviter siccas exurit paleas: sic ebrietas corpus corrumpit et animam, simul et corpus in grave peccatum incendium dejicit. *Serm. 64, ad Frat. in eremo.*
29. Homo ebriosus diversis in luxuriis se prout, et in stercore vitiorum se volutat. *Ibid.*, *serm. 67.*
- S. BASILIUS MAGNUS. 30. Ebrietas Dominum non suscipit, ebrietas Spiritum sanctum fugat. *Conc. 1, de Jejunio.*
31. Ebrietas fortem timidum reddit, temperatum petulantem, justitiam non novit, prudentiam tollit. *Conc. 14, contra ebriosos.*
32. Sicut piscis se preparat ut gurgiat escam, ita et ebriosus in vino suscipit inimicum. Apud Bedam. in suis *Scntillis.*
- S. BENEDIC. 33. Nihil sic contrarium est omni Christiano, quomodo crapula. *Lib. Regula*, cap. 39.
- S. BERNARD. 34. Ebrietas solet evertere mentem, atque omnino reddere inmemores sui. *Tract. de Diligendo Deo*, cap. *Sed.*
35. Ebrius nihil recte facit, nisi cum in lutum cadit. *Epist. de Cura et regimine rei familiaris.*
36. Sentis vinum? fuge consortium: sentis vinum? quære somnum, antequam colloquium. *Prosecc.*
37. Qui se ebrium verbis excusat, ebrietatem suam aperte accusat. *Ibid.*
38. Ebrietas corpus debilitat, animam illaqueat, perturbationem mentis generat, furorem cordis auget, fornicationis flammam nutrit. *Serm. 25, ad Sororem.*
39. Ebrietas manifestissimus est demon. *Ibid.*
40. Homo ebrius est ita a semetipso alienus, ut nesciat ubi sit. *Ibid.*
41. Nullum secretum est, ubi ebrietas est. *Ibid.*
42. Quisquis est ebrius, amaritudinem laboris, quem tolerat, ignorat. *Collat. 12, super cap. 2, Joan.*
43. Ubi crapulam ructantis inter pocula senserit Christus, sua vina (qua super mel et favum dulciora sunt) propinare non dignatur. *Serm. 1, de Dedicat. Eccles.*
44. O quanta mala ebrietatem sequuntur, dum ratio subvertitur, dum secreta omnia revelantur, dum omnia turpia committuntur, dum rixae et saepe homicidia generantur. *Serm. 1, de Uno Conf.*
45. Ebrietas est parens litium, furoris mater, et petulantiae deformis est magistra. *Prosecc.*
46. Hanc qui habet, se non habet: hanc qui habet, homo non est: hanc qui habet, peccatum non facit, sed ipso esse peccatum. *De Sex alis Cherubim.*, ala 3, penna 4.
47. Ebrietas est demon blandus, venenum dulce, rabies voluntaria, illecebrosa honestatis injuria. *Ibid.*
48. Qui delectatur ebrietate, multis damnis afficitur. *Parvensi 16.*
49. Qui vinolentia delectatur, ebrietatis, que mater est vitiorum, captivus efficitur. *Homil. 11, de Pascha.*
50. Homines cum multum biberint, infirmantur, et magno dolore nonnunquam torquentur; subinde etiam cum amaritudine evomere compulsi, que cum modica delectatione fuerant ingurgitata. *Prosecc.*
51. Et cum in computatione ad diem sederint, fatigati coguntur recedere, et somno sese dare: rationeque ita destituntur, et etiam usum privantur, ut neque proximis sibi, neque etiam sese ipsos cognoscant. *In Annot.*, super *Psalm. xxxv.*
52. Qui inebriatur, et mortuus et sepultus est. *S. HIERON. Epist. 41, ad Ocean.*
53. Nae ad unius horae ebrietatem, nudat femora sua, que per sexcentos annos sobrietate consexerat. *Prosecc.*
54. Leth per temulentiam nesciens libidini miscet incestum, et quem Sodoma non vicerat, vina vicerunt. *Ibid.*
55. Ebrietas est cibus demonum. *Epist. 24, ad Damas. Papat.*
56. Qui inebriatur, nocte inebriatur, quod iuxta litteram stare non potest: quanti enim in prandis convivisq; dierum inebriantur? sed quia ebrietas cordis offendens Deum, tenebrarum est et non lucis, propterea iugiter inebriatur, nocte inebriatur. *Lib. 3, super Ezech.*, cap. viii, super illud *Prov. 11: Qui inebriatur.*
57. Ebrii vomunt ut bibant, bibunt ut vomant: digestio ventris et guttur uno occupatur officio: et qui plus biberit, fortior computatur. *Super Epist. ad Tit.*, cap. 1, in illud: *Non vinolentum.*
58. Nunquam ego ebrium castum putabo, qui etsi vino consopitus dormierit, tamen potius peccare per vinum. *Ibid.*
59. Vinum et ebrietas incendium est. Hab. in *Decretis Gratiani*, part. 1, dist. 35, can. *Vinolentum.*
60. Quid infelicis ebrietatis dominatu? ventri ultra capacitatem infundere, sensu rationem adimere, non loqui, non meminisse, non stare, et mortem quandam naturae imperare? *Super Psalm. cxxv.*
61. Ebrietas perturbationem gignit mentis: fu-

S. EPHREM.

S. EUSEBIUS

EMISEN.

FRANCISCUS

STIELEM.

S. HIERON.

S. HILARIUS.

HUGO A S.

- VICTORE. rorem cordis, flammam libidinis. Lib. 4, de *Avina*, cap. 17.
62. Ebrietas ita mentem alienat, ut ipsa ubi sit nesciat, sepeque malo consentit, quod per ebrietatem immittitur. *Ibid.*
63. Ebrietas ex frequenti potatione provenit; Vomitus provocat; hominem audaciorem reddit; gressus titubare facit; linguam impedit, et quasi balbutientem reddit; gressus permutat; insensibilem facit; secreta denudat; fletum provocat; officium membrorum tollit; oblivionem ingerit; sui immemorem facit; discretionem auferit. Lib. 3, *De Propriet. rerum*, cap. 5.
- HUGO CARD. 64. Sex mala facit ebrietas: primo, ad penam obligat; secundo, parentes damnificat; tertio, proximos exasperat; quarto, sibi laqueum parat; quinto, corpus vulnerat; sexto, seipsum excecatur. Super II, *Reg.*, cap. 1v.
65. Ebrius est primo hilaris, secundo sibi dives videtur, tertio loquitur, quarto furit. Super *Ecclesiastic.*, cap. xxxi.
- S. INNOC. III 66. Quid turpius ebrioso? cui fetor in ore, tremor in corpore, qui promittit multa, prodit occulta, cuius mens alienatur, facies transformatur. Lib. 2, de *Contemptu mundi*, cap. 19.
67. Ebrietas verenda nudavit, incestum commisit, filium regis occidit, principem exercitus jugulavit. *Ibid.*, cap. 20.
- S. JOANNES CHRYSOST. 68. Nihil lucri quippiam ex ebrietate accedit, imo perniciosum damnum et jactura intolerabilis inde expectatur. Homil. 4, super *Genes.*
69. Crapula humano generi innumerorum malorum causa est, et conciliatrix. *Ibid.*
70. Satietas ebrietatis morbus est, radix et fons omnium malorum. *Ibid.*
71. Ebrietas degravans mentem, et impingens corpus, captivam facit animam, nec eam sinit rationis iudicium firmum obtinere, sed impellit ut in preceps feratur. *Ibid.*
72. Sicut navis, quae aquis ita impletur, ut exhausti nequeat, statim submergitur: ita et homo quando ebrietati seipsum exponit, in preceps vadit, et rationem suam submergit. *Ibid.*, homil. 40.
73. Gravissimum quiddam est ebrietas, et quod potest excecare sensus, et submergere mentem. *Ibid.*, homil. 29.
74. Ebrius nihil boni valet operari, ad malum tamen faciendum non omnino omnipotens est, jactetque ridiculus omnibus, et uxori et pueris et famulis. *Ibid.*
75. Quid eo miserius, qui ebrietati quotidie vacat, et vinum profundit, et mentis suae iudicium corrumpit? *Ibid.*
76. Si quis ebrietate vincatur, non traducatur,

- nec evulgetur: sed a suis contegatur, et non jaceat omnibus risus et turpitudinis materia. *Ibid.*
77. Ebrietati vacantes nunquam satiantur, sed quantum ingurgitant, tantum et siti flagrant, et inflammatio quadam est eis usus vini. *Ibid.*
78. Vere ebrietas voluntarius est demon, et gravius quam demon mentem obtenebrat, et captum omnium benevolentia destituit. *Ibid.*
79. Qui ebrius est, quidquid fecerit, non est venia dignus; quia sponte et libenter eo devenit, ut ebrietatis tyrannidi seipsum dederit. *Ibid.*
80. Ebrii quanto magis mero se ingurgitant, tanto magis flagrant siti, et caminum succedunt minus tolerabilem. *Ibid.*, homil. 31.
81. Quid turpius ebriosa femina, quam huc et illic ex temulentia pervagatur? quanto enim infirmius vasculum est, tanto magis saurifragium fit. Homil. 58, *Matth. Oper. imperf.*
82. Si non essent deliciae, non esset ebrietas: vinum, Dei, ebrietas opus diaboli est. *Ibid.*
83. Nolite pati peiores bestiis homines fieri, nihil enim ultra quam opus est illos desiderant, isti autem mediocritatis terminos excedentes, irrationabiliores illis constituuntur. *Prose.*
84. Quanto melior asinus ebrioso est! quanto canis prestantior! *Ibid.*
85. Quemadmodum hydra apud poetas, multiceps bestia est: sic et ebrietas, multis capitibus armatur. Hinc fornicatio, hinc ira, hinc molities, hinc turpes amores, et alia hujusmodi oriuntur. *Ibid.*, homil. 71.
86. Ubi temulentia, ibi demones et diaboli exultant. *Ibid.*
87. Quisquis in temulentia totos agit dies, et in ingurgitatione, sub diaboli tyrannidem redactus est. Conc. 1, de *Lasaro mendico.*
88. Quid ebrio turpius? ridiculus est famulis, ridiculus est inimicis, miserabilis apud amicos, omnium detestatione dignus. Homil. 27, super *Acta Apostolorum*, in *Moral.*
89. Ebrius bestia magis est, quam homo. *Ibid.*
90. In crapula invenitur insuavitas, mala valetudo, infirmitas, illiberalitas, sumptus. *Ibid.*
91. Nihil adeo concupiscentiam et iram inflammat, sicut ebrietas et vinolentia. Sermon. 24, super *Epist. ad Rom.*
92. Ex ebrietate scortatio, ex scortatione adulterium, ex adulterio caedes, imo caede etiam aliquid pejus oritur. *Ibid.*, in *Moral.*
93. Ebrietas anxietatis mater est, diaboli lattia, innumera pariens mala: hinc mori simul somnus, hinc gravele capitis, hinc morbi et obli-vio et mortis imago. Homil. 27, super I *Cor.*

94. Ubi ebrietas, ibi diabolus adest. Homil. 12, super *Epist. ad Coloss.*
95. Ebrius nunquam mero satiatur, sed siti semper anhelat. Homil. 7, super II *Tim.* in *Moral.*
96. Quid ebrietate miserabilius? mortuus est animatus, ebrius demon est voluntarius, morbus veniam non habens, ruina excusatione carens, commuae generis humani opprobrium. Homil. 4, ad *Populum Antioch.*
97. Nihil diabolo tam gratum, quam ebrietas, quoniam omnium est fons malorum et generit. *Ibid.*, homil. 71.
98. Ex temulentia luxuria, ex luxuria adulterium, ex adulterio homicidium oritur. Sermon. *Carnis concupiscentias ne sectemur.*
99. Ebrietas nihil aliud est, quam exidisse a recta ratione, deliratioque et sanae mentis privatio. Orat. 5, *advers. Judeos.*
- JOAN. JEES. 100. Vinum compellit eos quos inebriat, vivere more simiarum, porcorum, vel leonum. Sermon. *Dom. 1. Advent.*
- S. ISIDORUS HISPALENS. 101. Ebrietas ita mentem alienat, ut ubi sit nesciat: unde etiam et malum non sentit, quod per ebrietatem committitur. Lib. 2, de *Supra. homo*, cap. 43.
- S. JUSTIN. MART. 102. Cum quispiam ebriosus loquitur, nec irridendus est, nec arcendus, sed ferendus, quod propter silentium crubescens finem faciat. *Epist. ad Zenon.*
103. Ebrio lingua primum impeditur et colligatur, deinde oculi laeent, tum pedes tremunt et nutant; postremo sensus officium suum non faciunt. *Ibid.*
- S. LEO I. 104. Quotidiano experimento probatur, potus satietate aciem mentis obtundit. Sermon. 8, de *Septu. mensis decimi.*
- ORIGENES. 105. Sobrietas omnium virtutum mater est; sicut e contrario ebrietas omnium vitiorum. Homil. 7, in cap. x, *Levitic.*
106. Est ebrietas vini pernicioosa in omnibus; sola namque est, quae simul cum corpore et animam debilem reddat. *Ibid.*
107. In ebrietatis aegritudine corpus simul et animam corrumpitur, spiritus pariter eum carne vitatur. *Prose.*
108. Omnia membra debilitat, pedem, manum, linguam resolvit, oculos tenebrat, mentem velat oblitio, ita ut hominem se nesciat esse, nec sentiat. *Ibid.*
- S. PETRUS CHRYSOL. 109. Ebrietas in laico crimen est, in sacerdote sacrilegium: alter animam suam necat, sacerdos spiritum sanctitatis extinguit. Sermon. 26.
110. Ebrietas caedis mater, parentum litium, furo-

ris generitrix, petulantiae deformiter est magistra. *Prose.*

111. Hanc qui habet, se non habet; hanc qui habet, homo non est: hanc qui habet, non peccatum facit, sed est ipse peccatum. *Ibid.*

112. Ebrietas est demon blandus, venenum dulce, rabies voluntaria, invitatus hostis, illecebra honestatis, et pudoris injuria. *Ibid.*

113. Vinum ebrietas non est: sed ebrietatem non cognovi, nisi per vinum. *Ibid.*, serm. 116.

114. Vir bonus non inebriatur. De *Plant.*

115. Insanorum, phreneticorum, a demone obsessorum, nullo melior conditio est, quam ebriorum. Conc. 2, *Dom. Quinquag.*

116. Crapula et ebrietas, a diabolo sunt. Super *Psal. cxi*, vers. 47.

## SENTENTIA PAGANORUM.

117. Ebriosi tremunt, et eo magis, quo liberalius merum hauserunt. Sect. 3, *Problem.*, quesi. 5

118. Multi vinolenti sese interimunt. *Ibid.*, sect. 30, quesi. 1.

119. Vino mersi, si quid mali perpetraverint, sine controversa afferunt injuriam, quandoquidem ipsi sibi ejus ignorantiae causa extiterunt. Lib. 4, *Magno. Moral.*, cap. 34.

120. Non exidit ebriis ratio, nec quidem scientia, quae sub ebrietate delituerat, fueratque protrata: deinde ab ebrietate immunit, rursus fit qui prius erat. *Ibid.*, lib. 2, cap. 6.

121. Quod potu peccas, ignoscere tu tibi noli. Nam nullum crimen vini est, sed culpa bibentis. Lib. 2 *Distich.*, metr. 50.

122. Quid ebrius est, ignorat ubinam terrarum sit. *Syzygia 4*, lib. 3, de *Republ.*

123. Vir ebrius tyrannicum quendam spiritum gerit. *Ibid.*, lib. 9.

124. Turpis est ebrietas in rege, quem oculi omnium, auresque sequuntur. Lib. 3, de *Ira*, cap. 14.

125. Ebrietas donec exsiccetur, dementia est, et nimia gravitate defertur in somnum. Lib. 3, quesi. 20.

126. Non est animus in sua potestate, ebrietate devinctus. *Epist.*, 83.

127. Quam turpe est virum ebrium fieri, et plus sibi ingerere quam capiat, et stomachi non esse mensuram! *Ibid.*

128. Quam multa ebrii faciunt quibus sobrii crubescunt!

129. Omne vitium ebrietas et intendit et detegit, obstantem malis conatibus verecundiam removet. *Ibid.*

130. Ubi possedit animum nimia vis vini, quidquid mali latebat, emergit. *Prose.*

PHILO JU.

Voc.

ROBERTUS

BELLARM.

ARISTOTEL.

CATO POET.

PLATO.

SENECA.

131. Non facit ebrietas vitia, sed prodit: tunc libidinosus, ne cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis, quantum petierint, sine dilatione permittit.

132. Impudicus morbum suum profitetur, et publicat: tunc petulans in linguam, non manum continet.

133. Crescit insolenti superbia, crudelitas saevo, malignitas livido, omne denique vitium detegitur et prodit. *Ibid.*

SIXT. PHIL. 134. Ebrietatem, quasi insaniam, fuge. Sent. 261.

Vide etiam tit. *Clericus*, sent. 66; *Furores*, sent. 22; *Gula*, sent. 122; *Libido*, sent. 59; *Maria*, sent. 203; *Sacerdos*, sent. 9, 10; *Sobrietas*, sent. 4, 6, 16; *Vinum*, fere per omnia.

ECCLESIA.

S. ISIDORUS HISPAL. *Etymologia*. Ecclesia graecum est, quod in latino vertitur convocatio, eo quod omnes ad se convocet. Lib. 8, *Etymol.*, cap. 1.

CATECHISM. ROMANUS. *Definitio*. Ecclesia est omnium Christi fidem atque doctrinam profitentium congregatio, quae sub uno et summo post Christum capite et pastore in terris gubernatur.

CASSIODOR. Ecclesia est convocatio, quae de diversis gentibus aggregata colligitur. Super *Psalms*. LXXXI, in *Proemio*.

HUGO A S. VICTORE. Quid est ecclesia, nisi multitudo fidelium, universitas Christianorum? Lib. 2, *de Sacram.*, part. 2, cap. 2.

LUDOVICUS BLOSIVS. Ecclesia est omnium fidelium ad Christi attentionem congregatio. Lib. 1, *Collyrii haereticorum*, cap. 2.

SENTENTIAE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Ecclesia quaedam forma iustitiae est, commune ejus omnium, in commune orat, in commune operatur, in commune tentatur. Lib. 1 *Offic.*, cap. 29.

2. Autrum ecclesia habet, non ut servet, sed ut erogat, et subveniat in necessitatibus. *Ibid.*, lib. 2, cap. 28.

3. Ecclesiae vasa pro pauperibus sublevandis, pro captivis redimendis, pro templis aedificandis, confringere, conflare, vendere licet. *Ibid.*

4. Sancta ecclesia immaculata coltu, fecunda partu virgo est castitate, mater est prole. Lib. 4, *de Virginitate*.

5. Sancta Ecclesia virgo est sacramentis, mater est populis, sponso nupta est aeterno. *Ibid.*

6. Nihil Ecclesia praeter fidem sibi possidet: possessio enim Ecclesiae sumptus est egenorum. Lib. 5, *epist.* 31, *ad Valentianum Imper.*

S. ANTONIN. 7. Ad Ecclesiam fit humilis et devotus accessus,

neq. ibi flant parlamenta, nec judicia, vel vaniloquia, sed auditio et meditatio attentae divinorum. Part. 2, tit. 4, cap. 21, § 6.

8. Sit ad Ecclesias humilis et devotus ingressus, sit in eis quieti conversatio Deo grata, insipientibus placida, quae considerantes non solum instruat, sed etiam reficiat ibidem convenientes. Part. 3, tit. 12, *de Ecclesiis*, cap. 7, § 4.

9. Ecclesia, quae errare non potest, et fides quae non potest deficere, est Ecclesia Romana, et fides Romanae Ecclesiae. *Prosec.*

10. Et haec dicitur Ecclesia Romana et fides Ecclesiae Romanae: sive sint Romae, sive alibi. Part. 4, tit. 8, de fide, cap. 4, § 4.

11. Ecclesia Catholica domus est veritatis. S. ANTONINUS ABBAS. *Epist.* 4, *ad Fratres*.

12. Merito, Ecclesia catholica mater christianorum verissima, omnis apud te medicina praepolita. S. AUGUST. *Prosec.*

13. Tu pueriliter pueros, fortiter juvenes, quiete senes, prout cuiusque non corporis tantum, sed et animi aetas est, exeres, ac doces.

14. Tu feminas viris suis, non ad explendam libidinem, sed ad propagandam prolem, et ad rei familiaris societatem, casta et fidei obedientia subiecis.

15. Tu viros conjugibus, non ad illudendum imbecilliore sexum, sed sinceri amoris legibus praeficis.

16. Tu parentibus filios libera quadam servitute subjugis, parentes filiis pia dominatione praeponis.

17. Tu fratribus fratres religionis vinculo firmiore atque arctiore quam sanguinis, necis.

18. Tu omnem generis propinquitatem, et a finitatis necessitudinem, servatis naturae voluntatisque nexibus, mutua charitate constringis.

19. Tu dominis servos, non tam conditionis necessitate quam officii delectatione, doces adhaerere.

20. Tu dominos servis, summi Dei scilicet communis Domini consideratione, placabiles et ad consulendum quam coercendum propensiores facis.

21. Tu civis civibus, gentes gentibus, et prorsus hominibus homines, primorum parentum recordatione, non societate tantum, sed quadam etiam fraternitate conjungis.

22. Quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reverentia, quibus timor, quibus consolatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, quibus disciplina, quibus objurgatio, quibus supplicium, sedulo doces: ostendens quemadmodum, et non omnibus omnia, et omnibus charitas, et nulli debeatur injuria. *De Moribus Eccles.*, cap. 30.

23. Blande pia mater Ecclesia perditos filios, si per salubres leges in ejus gremio revocentur, amplectitur, et de illis multo amplius, quam de his, quos nunquam perdidit gratulatur. *Epist.* 50, *ad Bonifac.*

24. Qui vult habere Spiritum sanctum, caveat foris ab Ecclesia remanere, caveat in eam simulate intrare: aut si jam talis intravit, caveat in eadem simulatione persistere, ut veraciter coalescat arbor vito. *Ibid.*

25. Ecclesia sine macula et ruga ex omnibus gentibus congregata, atque in aeternum regnatura cum Christo, ipsa est terra beatorum, terra viventium. Lib. 3, *de Doctr. christ.*, cap. 34.

26. Ecclesia tantummodo catholica potest unicuique prodesse, et perceptio baptismatis, et opera misericordiae, et nominis Christi gloriosa confessio, si tamen in Ecclesia catholica bene vivat. *De fide ad Petrum*, cap. 3.

27. Ecclesia catholica per totum orbem longe lateque diffusa, insidiosas haereticorum questiones fide irridit, diligentia discutit, intelligentia dissolvit. *De Agone christiano*, cap. 12.

28. Nusquam tam pigere debent viscera misericordiae, quam in catholica Ecclesia, ut tanquam vera mater nec peccantibus filiis superbe insultet, nec correctis difficile ignoscat. *Prosec.*

29. Debet ergo Ecclesia catholica correctis et pietate firmatis filiis libenter ignoscere, cum ipsi Petro personam ejus gestant, et cum in mari titubasset, et cum Dominum carnaliter a passione revocasset, et cum aurem servi gladio praecidisset, et cum ipsum Dominum ter negasset, et cum in simulationem postea superstitiosam lapsus esset, videamus veniam esse concessam, cumque correctum aequo firmatum usque ad Dominicae passionis gloriam pervenisse. *Ibid.*, cap. 30.

30. Charitas Christiana, nisi in unitate Ecclesiae, non potest custodiri. Lib. 2, *contra Lit. Petriani*, cap. 77.

31. In medio spinarum est Ecclesia, sicut liliium, malis et bonis permixta. Lib. 5, *de Baptismo*, cap. 27.

32. Totae Ecclesiae constans ex hominibus fidelibus quia fideles omnes membra sunt Christi, habet illud caput positum in coelestibus, quod gubernat corpus suum, etsi separatam est a visione, sed annectitur charitate. Super *Psalms*. LVI.

33. Si quis absque Ecclesia inventus fuerit, alienus erit a numero filiorum: nec habebit Deum patrem, qui Ecclesiam voluerit habere matrem. *Prosec.*

34. Ecclesia mater est spiritalis, Ecclesia sponsa Christi est, gratia ejus dealbata, pretioso sanguine dotata. Lib. 4, *de Symbolo*, cap. 13.

35. Ecclesia omnium credentium mater est, quae natos a morte regenerat ad salutem. *Serm.* 2, *Dehinc. Eccles.*

36. Ecclesiae nomine non una anima, sed multarum unitas, vel potius unanimitas designatur. *Serm.* 61, super *Cont.*

37. Auctoritati matris Ecclesiae non reluctari, summus honor est gloria. *Epist.* cxxxv, *ad Eustach.*

38. Quatuor sunt Ecclesiae necessariae, ut non succumbat: mandata, flagella, charismata, tentamenta: mandatis firmatur, flagellis probatur, charismatibus decoratur, tentamentis conservatur. *Expos.* 2, super *Psalms* cxxvii.

39. Pulchra est Ecclesia plena fide, pulchrior spe, pulcherrima charitate *Prosec.*

40. Pulchra in conjugatis, pulchrior in viduis, pulcherrima in virginibus.

41. Pulchra in incipientibus, pulchrior in proficientibus, pulcherrima in perfectis. *Serm.* 6, in *Rogat.*

42. Ecclesia fit spelunca latronum, quando in ea est negotiatio cupidiorum. *Serm.* 4, *Dom.* 4 post *Pent.*

43. Noluit Ecclesiam suam caecam esse omnipotens Deus, oculos ei dedit, qui eam illuminarent, et ei veritatis viam ostenderent, qui eam errare non permitterent. *De Confessor.*, *serm.* 3.

44. Regnum caelorum, regnum angelorum, regnum apostolorum, sancta Ecclesia est: quoniam caelis munitur, caelis clauditur, caelis regitur et defenditur. *Ibid.*, *serm.* 2.

45. Ecclesia merito haereditas Christi dicitur, cuius pretioso sanguine comparata monstratur. Super *Psalms*. v, in *proemio*.

46. Ornatur Ecclesia auro apostolorum, argento prophetarum, gemmis virginum, cocco martyrum, purpura pontificum. Super *Psalms*. xlii, vers. 2.

47. Ecclesia solet passionis faeco crescere, et persecutionum plagis in sancto populo semper augeri. Super *Psalms*. lxxxix, vers. 9.

48. Quidquid absque catholica Ecclesia fuerit, simulatio est. In *Sentent. episc. Conc. Carthag.*, sent. 75.

49. Ecclesiae foetu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu ejus animamur. *De Unitate Eccles.*

50. Quisquis ab Ecclesia segregatus adulterum jungitur, a promissis Ecclesiae separatur: nec pertinet ad Christi premia, qui relinquit Ecclesiam Christi, alienus est, profanus est, hostis est. *Ibid.*

51. Habere jam non potest Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. *Ibid.*

52. Catholica vocatur Ecclesia, quia per uni-

S. BERNARD.

S. DONAV.

S. BRUNO.

CASSIODOR.

S. CYPRIAN.

S. CYRILLUS.

- HEROSOL. versum orbem terrarum diffusa, a finibus terre usque ad extrema. *Catechesi* 18.
- S. EPIPHAN. 53. Una sola est catholica Ecclesia, non aliud quid habens; sed Christi christianorum Ecclesia existens: non christorum sed christianorum. *Haeres.* 42, *contra Marcionistas.*
- S. FRANCIS. 54. Mater omnium Ecclesiarum est Romana, et ASSISIENSIS. Domina omnium est religionum. In suis *Opusc.*, collat. 20.
- S. GELASIVS. 55. Ecclesiarum non est dignus ingressu, qui PAPA. eas violat. *Epist. ad Epiphani. Episcop.*, et habet in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 17, quest. 4, can. *Ad Episcopos.*
- GILBERT. 56. Ecclesia remittit, permittit, promittit, ANGLUS. praemittit; delicta remittit, infirma permittit, aeterna promittit, et ipsorum primitias quasdam praemittit. *Serm.* 34, super *Cant.*, apud S. Bernard.
- GLOSS. ORD. 57. Nemo extra Ecclesiam salvatur: qui foras exit mortis suae reus fit. Super *Josue*, cap. II.
58. Ecclesia mater dicitur omnium christianorum, licet multi eorum sint ejus filii numero, et non merito. Super *lib. Judic.*, cap. XVII.
59. Ecclesia quanto sinum cordis gratiae recipiendi dilat, tanto fluctus seculi securius calcat. Super *Marcum*, cap. II.
- S. GREGOR. 60. Quantum sancta Ecclesia ascendendo MAGNUS. profecerit, tantum Deus hominibus ex ejus virtutibus innotescit. *Homil.* 15, super *Ecce.*
61. Sancta Ecclesia ea quae per publicam locutionem praedicat, etiam per intimam fidem servat: nec in aperto aliud docet, atque in occultis aliud retinet: sed et quod sentit, loquendo docet; et quod loquitur, vivendo custodit. *Lib. 8 Moral.*, cap. 2, super illud *Job* v: *Et non invenietis in lingua mea iniquitatem*, num. 3.
62. Sancta Ecclesia consistit unitate fidelium; sicut corpus unitum est compage membrorum. *Ibid.*, lib. 19, cap. 14, num. 22.
63. Sancta Ecclesia afflictionis tempore, pro verbum pravis efficitur. *Ibid.*, lib. 20, cap. 17.
64. Sancta Ecclesia scilicet in passionibus crescere, atque inter opprobria honorabilem vitam tenere: scilicet nec adversis deici, nec de prosperis gloriar. *Ibid.*, num. 19.
65. Absit quod Ecclesia cum augmento recipiat, quod de rebus terrenis videtur amittere, et lucra damnis quarat. *Lib. 12*, in *Requiro*, indict. 7, super 14, *Interrog.*, cap. 4.
66. Ecclesia petrae soliditate fundata, nec minarum ventis concutitur, nec persecutionum fluminibus movetur, nec corporum poenarum incommodis titubatur, nec mortis ipsius timore vacillat. Super *Septem Psalm.* *Poenit.* in *Psalm.* v, vers. 26.
67. In Ecclesia nec mali sine bonis, nec boni

sine malis esse possunt. *Homil.* 33, super *Evangel.* 68. Haereticorum Ecclesia, Synagoga magis diaboli appellanda sunt, quam Christi concubula. *Epist.* 11, ad *Gerontianum.*

69. Christi Ecclesia persecutionibus crevit, martyris coronata est. *Epist.* 16, ad *Theophilum.*

70. Pulchre Ecclesia Christi appellatur terra viventium, ut e contrario haereticorum concubula mortuorum terra esse credantur. *Lib. 10*, super *Ecce.*, cap. XXXII, super illud: *Delit terrarum meum.*

71. Ecclesia non in parietibus consistit, sed in dogmatum veritate: Ecclesia ibi est, ubi fides vera est. Super *Psalm.* CXXXIII, vers. 2: *Qui statis in domo Domini.*

72. Sancta Romana Ecclesia, quae semper immaculata permansit, Domino providente, et beato Petro operi ferente, in futuro manebit sine ulla haereticorum insultatione prevalente, atque firma et immobilis omni tempore persistet. Habetur in *Decretis Gratiani*, part. 2, causa 24, quest. 4, can. *Hec. 3 Item.*

73. Hoc Ecclesiam proprium est, ut tunc vincat S. HIERONIMUS. obliuiscatur, tunc intelligat cum arguitur, tunc oblitiscatur cum desinitur. *Lib. 7*, de *Triuitate.*

74. Ecclesia instar navis est, quae diversissimi generis et gentis vectore suscepto, subiecta est omnibus, et ventorum fluctibus et maris motibus. Super *Matth.*, cap. vii.

75. Ecclesia triplicem habuit inimicum, et quartum expectat, scilicet antichristum. Primo habuit manifestos persecutores tempore martyrum, secundo fraudulentes haereticos, tertio falsos fratres. Super *Psalm.* III, *Mystice.*

76. In sanguine martyrum fundata est Ecclesia. Super *Psalm.* XLIII, *Mystice.*

77. Caput Ecclesiae, est prelatus: cor ejus, religiosus. Super *Psalm.* LIV.

78. Ecclesia fidelis domus, et habitaculum Christi est. Super *Prov.*, cap. XXXI, *Mystice.*

79. Ecclesia locus est quidam medicinae spiritualis. *Homil.* 1, super *Genes.*

80. Ecclesia Dei mercatus est quidam spiritualis, medicorumque officina animabus. *Ibid.*, *homil.* 32.

81. Mater Ecclesia praelum in filiis quotidie gerit, in confessoribus vincit, in martyribus triumphatrix existit. *Serm.* super illud, *Gen. III*: *Inimicitias ponam inter te.*

82. Ecclesia luna dicitur, quae crescit in sanctis, decrescit in peccatoribus. *Homil.* super *Psalm.* LXXI, vers.: *Donec auferatur luna.*

83. In Ecclesia, gaudendum, conservatur gaudium, in Ecclesia, animo dejectorum, animorum est recreatio: in Ecclesia, dolentium est voluptas.

in Ecclesia, defatigatum est respiratio: in Ecclesia, laborantium est requies. *Homil.* de verb. *Isaie.*

84. Ecclesiae radices in caelo fixas habet, potius quam in terra. *Ibid.*, *homil.* 4.

85. Ecclesia est caelo honoratio: quare conditum est caelum? propter Ecclesiam, Ecclesia non est condita propter caelum: caelum conditum est propter hominem, non homo propter caelum. *Ibid.*

86. Ecclesia sanctorum est civitas: cives ejus sunt omnes fideles; turres illius sunt prophetae; portae ejus sunt apostoli, muri ejus sunt sacerdotes et doctores. *Homil.* 10, super *Matth.*, *Oper. imperfect.*

87. Unamvis infestatione inimici, vel seculi tempestate Ecclesia laboret, quibusvis tentationum fluctibus pulsatur, naufragium facere non potest, quia Filium Dei habet gubernatorem. *Ibid.*, *homil.* 23.

88. Non ille de Ecclesia exire videtur, qui corporaliter exit: sed qui spiritualiter veritatis ecclesiasticae fundamenta reliquit. *Ibid.*, *homil.* 56.

89. Ecclesia haereticorum deserta est, non ab hominibus (abundat enim perversis hominibus: sicut semper malorum major est copia quam honorum), sed deserta est a sanctis, deserta a sanctitate, a fide, a veritate, a gratia, a spiritu, deserta denique est ab ipso Deo. *Ibid.*

90. Non est hic locus lupanar, sed Ecclesia: si membra meretricis habes, abesto ab Ecclesia, ne praesentia tua sordescat. *Homil.* 62, super *Joan.*

91. Nihil ita decet ecclesiam, ut silentium, ut morum compositio: strepitus ad theatra pertinent et fora, non ad ecclesiam. *Homil.* 30, super *Acta Apost.* in *Moral.*

92. Non tonstrina est ecclesia, aut officina forensis; sed locus Angelorum, locus archangelorum regiae coeli, coelum ipsum. *Homil.* 36.

93. Ecclesia nihil aliud quidquam, quam sancta sonare decet. *Ibid.*

94. Numquid domos ad nudandum habetis? Ecclesia enim neque nudandi, neque disceptandi, sed discendi locus est. *Ibid.*

95. Si quid in Ecclesia frugis bonae est, nugis exploditur. *Ibid.*

96. Nihil aliud est Ecclesia, quam ex animabus christianis constructa domus. *Serm.* 10, super *Epist.* ad *Ephes.*

97. In aulam regiam intraturus, et habitu et oculis et incessu, et in cunctis aliis componis et ornas temetipsum: huc autem ingressurus, ubi vere est aula regiae, et talis qualis celestis est, non contremiscis? colligis temetipsum, sed rides. *Prosecc.*

98. Stat sacerdos Dei orationem offerens cunctorum, tu autem rides nihil timens; et ille tremens orationem pro te offert, tu autem ride dum contemnis?

99. Tu velas et obturbis caput tuum, et rides, o mulier, in ecclesia sedens?

100. Ingressa es confiteri peccata, procidere Deo, postulare et deprecari pro delictis tuis, et cum risu hoc facis? *Homil.* 15, super *Epist.* ad *Hebr.* in *Moral.*

101. Christi Ecclesia nihil fortius; si quis impugnare proponit, viros alterat necesse est. *Prosecc.*

102. Homini si bellum inferas, fortasse vinces, aut forte vinceris; Ecclesiam vincere nulla vis poterit. *Homil.* de *Expulsione ipsius.*

103. Ab Ecclesia ne abscidas: nihil Ecclesia va-

lentius; rupe fortior est, caelo latior. *Prosecc.*

104. Nunquam senex est Ecclesia, sed semper viget: oveti non potest, labefactari et corrumpi nequit. *Lib. 2*, *Parallel.*, cap. 14.

105. Nunquam Ecclesia fuit melior, quam dum vixit in paupertate. *Leet.* 2, super *Marc.*, part. 1.

106. Ecclesia per universum orbem usque ad fines terra seminata, et ab apostolis, et a discipulis eorum acceptam fidem, quae est in unum Deum patrem omnipotentem, et in unum Jesum Christum Filium Dei, incarnatum pro salute nostra, et in Spiritum sanctum. *Lib. 1*, *advers. Haeres.*, cap. 2.

107. Ubi Ecclesia, ibi spiritus: et ubi spiritus Dei, illic Ecclesia. *Ibid.*, lib. 3, cap. 40.

108. Ubique Ecclesia praedicat veritatem, et haec est lucerna Christi hajulata lumen. *Ibid.*, lib. 5, cap. *Omnes.*

109. Gemina est Ecclesiae pulchritudo: una quam hic bene vivendo consequitur, altera per quam illic ex retributione glorificabitur. *Lib. 1*, de *Summo bono*, cap. 16, sent. 1.

110. Sancta Ecclesia catholica sicut male viventes in se patienter tolerat, ita male credentes a se repellit. *Ibid.*, sent. 3.

111. Sancta Ecclesia ideo dicitur catholica, pro eo quod universaliter per omnem sit mundum diffusa. *Ibid.*, sent. 6.

112. Ecclesia vocatur propterea, propter quod omnes ad se vocat, et in unum congregat. *Lib. 1*, de *Officiis. Eccles.*, cap. 4.

113. Quia singuli quisque coetus haereticorum se potissimum Christianos, et suam esse catholicam Ecclesiam putant: sciendum est illam esse veram, in qua est religio, confessio, et penitentia qua peccata et vulnera, quibus est subiecta imbecillitas carnis, salubriter curat. *Lib. 4*, de *Divin. Inst.*, cap. 30.

S. JOHANNES DAMASCEN.

JOAN. GERS.

S. IRENEUS.

S. ISIDORUS HISPAL.

LACT. FIRM.

114. Sola catholica Ecclesia, vera religio est: hic est fons veritatis, hoc est domicilium Dei, hoc templum Dei; quo si quis non intraverit, vel a quo si quis exiverit, a spe vite ac salutis æternæ alienus est. *Ibid.*

S. LEO I. 145. Ecclesia catholica fidei erutos mundo, inserit celo. Serm. 2, de Anniversar. die assumpt. ejus ad Pontif.

146. Soliditas fidei Ecclesie, quæ in apostolorum principe est laudata, perpetua est: et sicut permanet quod in Christo Petrus credidit, ita permanet quod in Petro Christus instituit. *Ibid.*

147. Ecclesia Dei per furorem crudelitatis tyrannorum non minuitur, sed augetur. Serm. 6, Epiphani.

S. LUCIUS PAPA MART. 148. Hæc sancta et apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, nec hereticis novitatibus depravanda succubuit: sed ut in exordio normam fidei christianæ percipit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus, illi beata fidelitatis manet. Epist. ad omnes Episcopos. Habet in Decret. Gratiani, part. 2, causa 24, quest. 1, can. A recta.

S. NILUS. 149. Ecclesiam non secus ac cælum frequenta: nihilque in ipsa seu loquere, seu cogita terreum. *Parænes.* 57.

PETRUS BLESIS. 150. Proprium est Ecclesie, ut tunc vincat, cum læditur; tunc intelligat, cum arguitur; tunc secura sit, cum deseritur; tunc obtineat, cum superata videtur. Epist. 125.

S. PETRUS DAMIANUS. 121. Sceptrum Filii Dei est Ecclesia catholica: hæc regnum, hæc est et nostri Redemptoris imperium. Lib. 1, epist. 20, ad Cadalanum antipap.

122. Post crucem, post Virginem, post angelos, quid est majus in terris, quid in cælis sublimius sancta Ecclesia Christi sponsa? Serm. 69, de Dedic. Eccles.

S. PETRUS MAURITIUS ABB. CLUN. 123. Recordamini Ecclesiam semper laboribus crevisse, passionibus multiplicatam esse, tolerantia cuncta resistentia evicisse. Lib. 1, epist. 4, ad Innocent. Pap.

S. PROSPER. 124. Sicut ex latere Adæ dormientis formata est Eva: ita ex latere Christi in cruce pendens formata est Ecclesia, quæ vere est mater omnium vivorum. *De Promiss.*, part. 1, cap. 1.

125. Nihil aliud sunt res Ecclesie, nisi vota fidelium, pretia peccatorum, et patrimonium pauperum. Lib. 2, de Vita contemplat., cap. 9.

S. THEODOR. 126. Salus per Ecclesiam provenit: qui vero sunt extra illam, non fruuntur æternæ vita. Quest. 1, super Jesum Filium Navæ.

THEOPHYL. ANTIOC. 127. Hortus Domini est Ecclesia catholica, in qua sunt rose martyrum, lilia virginum, violæ viduarum, hedera conjugum. Lib. 4, in Evangelia. Vide etiam tit. Aspectus, sent. 49; Baptismus,

sent. 35; Bonum, sent. 45; Definitio, sent. 42; Episcopus, sent. 13; Misterium, sent. 33; Persecutio, sent. 74, 149; Rapina, sent. 43; Schisma, sent. 20; Status, sent. 15; Veritas, sent. 86; Virtutes Theolog., sent. 75; Unitas, sent. 51.

## ECCLESIASTICUS.

Vide Clericos.

## ECSTASIS.

*Etymologia.* Ecstasis græce, latine dicitur excessus mentis: qui fit duobus modis, vel pavore terronorum, vel mente rapta ad superna, et inferiorum oblita. 2, 2, quest. 175, art. 2. *Definitio.* Quando penitus avertitur atque abripitur animi intentio a sensibus corporis, tunc ecstasis dici solet. Lib. 12, de Genes. ad lit., cap. 12.

Dicitur ecstasis, cum mens non pavore alienatur, sed aliqua inspiratione revelationis assumitur. Super Psalm. cxv, exposit. vers. 2, Ego dixi in excessu meo.

Ecstasis est raptus mentis, cum cessatione omnium operationum in inferioribus potentis. *De Mystica Theologia*, Part. 7, consid. 36.

Ecstasis est excessus a seipso, secundum quem aliquis extra suam ordinationem ponitur. 2, 2, quest. 175, art. 2, ad primum.

## SENTENTIE PATRUM.

1. Divinus amor ecstasim facit. Part. 3, tit. S. ANTONIN. 31, cap. 3, § 2.

2. Amore Dei anima secedit, et excedit a corporeis sensibus, ut sese non sentiat, quæ Deum sentit. In *Manuali*, cap. 20.

3. Mens ineffabili Dei illecta dulcedine, quodam modo sese sibi furatur, imo rapitur, atque labitur a seipso, ut Deo fruatur ad juvenitalem. *Ibid.*

4. Nihil ad beatam vitam præstantius videtur, quam velut clausis sensibus extra carnem mundique affectum quempiam intra semetipsum converti, alienumque effectum a mortalium cupiditatibus, sibi soli et Deo loqui. *De Spiritu et anima*, cap. 14.

5. Dormiens in contemplatione, Deum somniat. Serm. 18, super Cantica.

6. Revera enim dormitio est; quæ tamen sensum non sopiat, sed abducit. *Ibid.*, serm. 62.

7. Mens ineffabili Verbi illecta dulcedine, quodammodo se sibi furatur, imo rapitur atque elabatur a seipso, ut Verbo fruatur. *Ibid.*, serm. 85.

8. Mentis excessus fit tribus modis: mentis dilatione, mentis sublevatione, mentis alienatione. Super Psalm. cxv.

S. THOMAS AQUINAS.

S. AUGUST.

JOAN. GERS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

S. BERNARD.

S. BONAV.

9. Primo anima ignitur, ignita ungitur, uncta rapitur, rapta speculatur, vel contemplatur, contemplans gustat, gustans quiescit. *De Septem grad. contemplat.*

10. Passio mirabilis, quæ summum meditationem alienat, et non solum reddit angelicum, sed et divinum. In *Stimulo amoris*, part. 1, cap. 1.

11. Quanto amor Dei vehementior et intelligentior et lucidior, tanto validius mentem in se rapit. Lib. 2, de *Profectu relig.*, cap. 72.

12. Est mentis recessus ecstasimque faciens divinus amor: amatores sui juris esse non sinens sed in ea quæ amant penitus transferens. *De divin. Nomina*, cap. 4, part. 1.

13. Quotiescunque sanctum contemplationis ardor in altum rapit, se procul dubio toties sub se relinquit. Lib. 2, *Dialogi*, cap. 3.

14. Animus in visione Dei raptus videre sine difficultate potest omne quod infra Deum est. *Ibid.*, cap. 35.

15. Cum animus in Dei lumine rapitur, super se in interioribus ampliatur, et dum sub se conspicit exaltata, comprehendit quam breve sit quod comprehendere humiliata non poterat. *Ibid.*

## SENTENTIE PAGANORUM.

CICERO. 16. Rerum est quoddam genus, eorum, qui se a corpore avocent, et ad divinarum rerum cognitionem cura omni, studioque rapiuntur. Lib. 1, de *Divin.*, num. 3.

17. Subsillire in cælum, ex angulo Iocet. Epist. 31.

SENeca. 17. Subsillire in cælum, ex angulo Iocet. Epist. 31.

## EGESTAS.

S. HIERON. *Definitio.* Egestus est, qui aliquid habet, et aliquo indiget. Super Psalm. xxxix, vers. penultimo: *Ego vere egestus.*

## SENTENTIE PATRUM.

S. AMEROS. 1. Ille egestissimus est, cui aurum suum vile, alienus vero palmas pretiosissimas existimatur. Lib. 3, epist. 10, ad *Simplicianum*.

2. Affectus dives egere non novit. *De Nabute*, cap. 2.

S. AUGUST. 3. Major et miserabilior egestas nulla est, quam egere sapientia, et qui sapientia non eget, nulla re omnino egere potest. *De Beata vita*, disput. 3 diei.

4. Omnis copia, quæ Dens meus non est, egestas mihi est. Lib. 13 *Confess.*, cap. 8.

5. Nullus perfectus aliquo eget, et quod videtur corpori necessarium, sumet si affuerit: si eum affuerit, non eum istarum rerum frangat inopia. *De Beata vita*, in disput. 3 diei.

6. Ab abundantia egestas aliena non est. *Ibid.*

7. Quidquid vel parum, vel nimium est, quia modo eget, obnoxium est egestati. *Ibid.*

8. Modus animi sapientia est, egestas autem stultitia. *Ibid.*

9. Melius est minus egere, quam plus habere. In *Regula 3, ad Clericos*.

10. In egestate conservare justitiam, magnifica res est. *De Quest. vet. et novi Testam.*, quest. 124.

11. Pauperem egestas revocare debet a cupiditate luxuriæ. *Ibid.*

12. Penuriam pati, quoruncumque hominum est: sed scire penuriam pati, magnorum est. *De Bono conjugati*, cap. 21.

13. Nobilis inopia est mentis humilitas, et inepte divitiæ sunt animorum enormitas. *De Duodecim abusion.*, cap. 18.

14. Egestus æque est is, qui non satis habet, et is cui copia nulla sufficit. In *novi Proverb.*, verbo *Egestus*.

15. Omnia illi desunt, qui nihil sibi deesse putat. Lib. 2, de *Consid. ad Eugen. Pap.*

16. Perfectus carere et necessariis paratus est. In *prefat. Vite S. Malachia*.

17. Afflictorum indigentia, dum pietas mentes ad subveniendum provocat; otiosi lingua sileat, vita clamat. Super *Lament. Hierem.*, cap. ii.

18. Sicut divitiæ non sunt in culpa, sed cupiditas divitiarum: sic egestas in culpa non est, sed impatientia egestatis. *De Paupere. Christi contra Magistr. Guillelm.*, quest. 1, art. 2, ad octav. argum. respons. partis negat.

19. Possunt aliquid egere quibus divitiæ, quibus salus corporis, quibus regna tribuuntur: solus ipse nihil indiget, qui Domini timore ditatus est. Super Psalm. xxxiii, vers. 9: *Nihil deest timentibus eum*.

20. Vir bonus nunquam laborat inopia, quantum habuerit salvam in Deum confessionem. Lib. 3 *Parad.*, cap. 7.

21. Egestas esse nulla jam poterit, cum semel pectus celestis sagina saturaverit. Epist. 2 ad *Donat.*, cap. 10.

22. Si abundantia delectamur, in egestate facile capiuntur. *De Perfect. monachi*.

23. Vir probus paucis rebus eget; ut qui in immortalis, et mortalis vite, tanquam confinio sit. *Prosece*.

24. Nam quod eget, id ei propter mortale corpus accidit: quod autem non multis rebus eget, id ei propter animam immortalitatis cupiditate flagrantem contingit. Hab. apud D. *Jean. Damasc.*, lib. 4 *Parall.*, cap. 26.

25. Nescit sufficientiæ rerum temporalium æternam commoditatem, qui non aliquando pas-

V. BEDA.

S. BERNARD.

S. BONAV.

CASSIODOR.

CLEMENS ALEX.

S. CYPRIAN.

S. EPHRAÏM.

EVAGRIUS.

FRANCISCUS TITELM.

- sus est eorum magnam indigentiam. In *Arnot. super Psalm. LXX.*
- GLOSS. INT.** 26. Abundantia frequenter exollit, et penuria tolerata divitias coelestes acquirit. Super *Epist. ad Philipp.*, cap. IV.
- S. GREGOR. MAGNUS.** 27. Discamus penuriam peti, ne ea que non habemus, habere etiam cum culpa requiramus: ne felices putemus, quos rebus onustos cernimus. Homil. 19, super *Ezech.*
- S. HIERON.** 28. Pigrifia nutrix est egestatis et penurie. Lib. 1, super *Prov.*, cap. VI, super illud: *Et veniet quasi visitor egestas.*
29. Nemo plus habet, quam qui nullius indiget: ille vero nihil eget, qui præter necessaria nihil requirit. Super II, ad *Cor.*, cap. VI, illud: *Tanquam nihil habentes.*
- HUGO A S. VICTORE.** 30. Egestas, que propter Dominum est, generat humilitatem. Super *Regul. D. August.*, cap. 5 in illud: *Melius est minus egere.*
31. Melius est egestatem quantumcumque minimam pati, quam superabundantia frui. *Ibid.*
32. Se debet quisque probare et sollicitè pensare, quantum illi intus desit. Super *Regul. D. Aug.*, cap. 8.
33. Sunt quidam, qui rebus temporalibus egent, sed inviti, et vocari solet egestas; egent enim rebus, et egent bona voluntate, qua ditius nihil esse potest. Lib. 1, de *Claustro animæ*, cap. 9.
- S. JOANNES CHRYSOST.** 34. Egestas propter Christum bene tolerata, facit martirium. Homil. de *Divite.*
35. Qui multis indiget, multorum servus est, etsi ea possidere videatur. *Prosec.*
36. Dominus qui multis indiget, servorum servus est, et magis quam illi servitium subit: vera namque libertas, nulla re indigere. Homil. 79, super *Joan.*
37. Egestas sanitatis est mater, non tantum corporis, verum et animæ. Homil. 54, ad *Popul. Antioch.*
- S. ISIDORUS HISPAL.** 38. Egestas est electorum, quod peregrinantur a bonis sempiternis, et in hoc exilio diutius remorantur. *Prosec.*
39. Egestas est reproborum, quod abundant vitis, et virtutibus vacantur, sequæ esse inopes noscunt. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 58, sent. 6.
- S. JUSTIN. MART.** 40. Si aliquando egestate opprimamur, illam approbemus, hilarique vultu excipiamus. *Epist. ad Zenon.*
- LACT. FIRM.** 41. Nemo dubitat, quin timidi et imbecillissimi sit animi, aut dolorem aut egestatem metuere; quæ quisquis non extorruerit, fortissimus judicabitur. Lib. 6, de *Divin. inst.*, cap. 17.

42. Nemo justus potest esse, qui egestatem timet. *Ibid.*
43. Virtus pro fide, pro justitia nec egestatem timet. In *Epitome*, cap. *Divin.*
44. Divites avari, egentiores sunt omnibus egentibus. Serm. 5, de *Collectis.*
45. Judicium Dei est, ut semper indigeat, qui semper indigentiam timet. *Epist. 17, ad Quosdam Cleric.*
46. Quid ais, o homo, qui christianum te dicis, cum Christum egere videas, ut facultates in quibuscumque non indigentibus derelinquas? *Prosec.*
47. Christus eget, et pauper est: et tu opes divitum cumulas; Christus rerum omnium egestate conficitur, et a te luxuriosis copiæ congregantur. Lib. 4, ad *Eccles. catholic.*
48. Eget semper, qui avarus est. *Epist. Pastoral. 3.*
49. Inopia rerum, paupertatem docet amare. De *Discip. claustr.*, cap. 12.
50. Corporalis egestas, medicina est animæ fidelis. *Ibid.*

## SENTENTIE PAGANORUM.

51. Cum labor in damno est, crescit morialis egestas. Lib. 4 *Distich.*, metr. 76.
52. Egens æque est is cui nihil satis habet, et is cui nihil satis esse potest. Lib. 4, de *Arte rhetor.*
53. Nemo justus esse potest, qui egestatem timet. Lib. 2, de *Offic.*
54. Deus quidem nullius eget, fidelis autem Dei solius; amulatur ergo illum, qui nullius eget, is qui paucis in rebus necessariis indiget. *Senti. 43.*

## EGREDI FORAS.

## SENTENTIE PATRUM.

1. Sicut columbarum pulli non volant discurrendo, sed clausi manent in nidis suis: sic et religiosi non debent discurrere vagi per civitates et villas sine necessitate. Part. 4, tit. 15, cap. 35, § 9.
2. Indecens est, et nihil turpius, quam monachus per urbes et castella discurrens, nisi cum cogit charitas, qua operit multitudinem peccatorum. Serm. 63, de *Parvis sermonibus.*
3. Quid facis in urbe, qui claustrum elegisti? quid tibi cum sæculo, qui sæculum preveristi? *Epist. ad Fulvianum.*
4. Melius tibi in claustrum sedere, quam plateas civitatis circuire. Serm. 66, ad *Socorem.*
5. Quid foris vagaris? quid foris quaris? quid his carnalibus studes? quid in secularibus te implicas? Serm. 2, de *Miseria humana.*

6. Quanto magis ad mundum accedis, tanto longius a Deo recedis. *Ibid.*
7. Quanto magis foris es sapiens, tanto magis intus stultus efficeris. *Ibid.*
8. Quanto magis extra lucraris, tanto magis intus perdis. *Ibid.*
9. Quanto magis in his que foris sunt vagaris, tanto magis intus evacuaris. *Ibid.*
10. Multum monachi proficiunt, qui claustra custodiunt: sed cito deficiunt, qui sæpius foras vadunt. Serm. 5, de *Una Virg.*
11. Sicut piscis non diu vivit extra aquam: sic religiosus vagabundus cito moritur per culpam. *Tit. 4 Dicitur*, cap. 1.
12. Evagatio nimia plurimorum, non exempla post se relinquunt vite, sed scandala potius animarum. *Epist. ad Ministr. provinc. et custodes.*
13. In domo consistere, et turbæ et hominibus absconditum latere, semper religioso utile est, qui sibi desiderat et Deo vacare. *Prosec.*
14. Quidquid devotionis in domo colligis, hæc foris egrediens spargis potius quam angeas et conserves. In *Instit. novit.*, part. 1, cap. 34.
15. Non debet tibi esse consolatio extra domum evagari. *Ibid.*
16. Quando extra domum egredieris, non multum circumspicias in plateis, ne forte videas unde teneris. *Ibid.*, cap. 35.
17. Qui in religione immaculatum et purum cor servare desiderat, aut nunquam in publicum, aut certe non nisi grandi et inevitabili necessitate procedat. *Epist. 1, ad Quosdam.*
18. Monacho nihil tam nocuum, detestabile et mortale, quam vicos et civitates, et gentium multitudinem circumire. *Epist. ad Augustin. D. miraculis D. Hieronymi.*
19. Quod aqua piscibus, hoc idem monachis monasterium operatur. *Ibid.*
20. Quantum religiosus noceat claustrum exire, cum secularibus conversari, non est opus describere, cum experientia id, proh dolor! satis docuerit atque quotidie doceat. *Prosec.*
21. Quemadmodum filius Israël maxime noceat egredi, et conversari cum Chanæanis: sic religiosus polissime nocet egredi et conversari cum mundanis.
22. Sicut pisces si extra aquam perseverent, protinus moriuntur: sic religiosi si extra claustrum perdurent, perimuntur. De *Mortificat. vivificat.*, art. 5.
- S. DOROTH.** 23. Sterquilinum cum sis et cinis, non homo, cur ad homines ingrederis? *Doctrina 14.*
- S. EUSEBIUS EMISSENUS.** 24. Quid prodest quod discedis, qui quocumque loco vadis, te tecum portas? merito discoderes, si quoquam te fugere posses. *Prosec.*

25. Digne aliquis discedit, si illic ire possit, ubi cum diabolo invenire non possit.
26. Non te fallas, non fugis discendo adversarium de loco ad locum; sed de vitio ad virtutem, de passione ad emendationem: nam si eum aliter fugias, sequetur te: emenda te, et fugiet a te.
27. Quocumque discedis, vincula quibus adstrictus es, passionum, hinc atque inde circumvallans infirma tua. Homil. 3, ad *Monach.*
28. Nescio ad que lucra velimus in sæculo conversari: nam cum hic in religione grande putetur damnnum, non quotidie acquirere aliquid, illic grandis quæstus esse putandus est, vel acquisita non perdere: hic grande detrimentum creditur, non quotidie proficere, ibi vero summa virtus est, non perire. *Ibid.*, homil. 5.
29. Noli fortis esse, ne tibi foris esse contingat. Serm. 46, super *Cant.*
30. Si discipulus Deum secuturus arguitur, quod renuntiare domui velit: quid fiet illis, qui nulla utilitate sepe visitant domos suorum, quas dereliquerunt? Super *Luce.*, cap. IX.
31. Religiosus instruitur, ut raro sit in publico, frequens in secreto; ut qui tardius aspiciat, devotius veneretur. Lib. 5, super I *Reg.*, cap. IV, super illud: *Festina nunc, hodie.*
32. Non frequenter foras egrediaris, sed tu ad lectionem atque orationem vaca. Lib. 2, in *Registro*, indict. 11, cap. 42, epist. 3, ad *Joan. Abbat.*
33. Interpretare vocabulum monachi, hoc est nomen tuum, quid facis in turba solus? *Epist. 1, ad Heliodor.*
34. Quid agis, frater, in sæculo, qui major es mundo? *Ibid.*
35. Viderint quid alii sentiant: unusquisque enim suo sensu ducitur; mihi oppidum carcer, et solitudo paradisi. *Prosec.*
36. Quid desideramus urlium frequentiam, qui de singularitate censetur? *Ibid.*, epist. 4, ad *Rustic.*
37. Crebrius in uribus, quam in cellula est: et inter fratres simulat verecundiam, qui platearum turpis gaudet collidii. *Ibid.*
38. Morbida oves, quo suum relinquunt gregem, luporum faucibus devorantur. *Ibid.*, epist. 8, ad *Demetriad.*
39. Virgines vere diebus festis propter frequentiam populorum pedem domi colubent, nec tunc egrediuntur, quando major est adhiænda custodia, et publicum penitus devitandum. *Ibid.*
40. Summe stultitia est, renuntiare sæculo, dimittere patriam, urbes deserere, monachum profiteri, et inter majores populos peregrare vivere, quam eras victurus in patria. *Prosec.*

GILBERT.  
ANGLUS.

GLOSS. ORD

S. GREGOR.  
MAGNUS.

S. HIERON.

41. Si cupis esse quod diceris, monachus, id est solus, quid facis in uribus, quae utrique non sunt solum habitacula, sed multorum? *Epist. 14, ad Paulin.*

42. Secularium, et maxime potentium consortium devita. Quid tibi necesse est ea videre crebrius, quorum contemptu monachus esse copisti. *Ibid.*

43. Raro sit egressus in publicum : nunquam causa deerit procedendi, si semper quando necesse est processura sis. *Epist. 22, ad Eustoch.*

44. Tu filia, ejus domum angustiam judicas, cujus non tibi fuit venter angustus? *Prosec.*

45. Decem mensibus utro clausa vixisti, et uno die in cubiculo cum matre non duras?

46. An oculos, ejus ferre non potes? et quia omnes motus tuos, utpote illa quae genuit, quae aluit, et ad hanc adduxit aetatem, facilius intelligit; testem domesticam fugis?

47. Si virgo es, quid times diligentem custodiam? si corrupta, cur non palam nubis? secunda post naufragium tabula est: quod male coepit, saltem hoc remedio temperare.

48. Si ad matrem migraveris post ruinam, facilius poteris cum ea plangere, quod per illius absentiam perdidisti. Quod si adhuc integra es, et non perdidisti, serva ne perdas. *Epist. 47, de Vitando suspecto contubernio.*

49. Ovis quem de ovili egreditur, lupi statim morsibus patet. *Epist. 52, de Vita Malchi.*

50. Rarus tibi sit egressus in publicum : nunquam tibi causa deerit procedendi, si semper necessaria processurus sis. In *Regula Monachorum*, cap. 3.

51. Egredientibus hospitium armet oratio, et egredientibus occurrat oratio antequam sessio : nec prius corpusculum requiescat, quam animam pascat. *Ibid.*, cap. 14, de *Contemplat.*

52. Monachum solitudo facit, non publicum. *Epist. 54, ad Ocean. de vita clericor.*

HUGO A. S. VICTORE.

53. Quasi compedes claustralibus adduntur eam tenis obedientiae, dum vagari, vel egredi foras non permittuntur. *Lib. 2, de Claustro anim.*, cap. 15.

54. Sunt quidam, qui cum exeunt foras, non tantum intus sunt dissoluti, sed etiam foras curiosi. *Ibid.*, cap. 22.

55. Frequentem exitum caveamus, ne egrediamur temere : nemo de conscientia sua confidat : Dina intus virgo, intus casta, intus columba fuit; egressa foras colorem pariter cum nomine mutavit. *Lib. 2, de Arca Noe, Moral.*, cap. 5.

56. Gloriatio monachi est, quando in loco suo permanet, et huc illicque non vagatur. *Lib. de Miscellan.*, 1, tit. 199.

57. Bonus claustralis mente et corpore exivit de mundo : sed sunt quidam, qui etsi corpore, nondum tamen mente egressi sunt. *Prosec.*

58. Qui egreditur ex toto debet egredi, ut vere dicat cum philosopho, omnia mecum porto. Super *Gen.*, cap. 12 *Moral.*

59. Maxime Novitius periculosus est omnis egressus, quia cito leduntur. *Ibid.*, cap. 34, *Moral.*

60. Diabolus semper monet egredi : malum autem est egredi, quia vix regreditur homo. Super *Isai.*, cap. xxxvi.

61. Quando claustrales stant clausi in claustris suis, vacantes contemplationi et orationi, habent gratiam coram Deo et coram hominibus : exantem autem ad publicum, et frequentes curias, amittunt utrumque. Super *Marc.*, cap. xiv, *Mystice.*

62. Si tam dure arguitur, qui nondum fuerat Dominum secutus, quid erit de regularibus illis, qui quotidie, quibusdam modicis occasionibus visitant domos parentum? Super *Lucan.*, cap. ix.

63. Nemo religiosorum, qui egredi cupit, dicat: Habeo patrem, habeo matrem : Respondebo tibi, habes Jesum, quid quaeris ista, quae mortui sunt? Qui habet Jesum, habet patrem, habet matrem, habet filios, habet omnem propinquitatem. *Prosec.*

64. Mortuus pater non exigit pietatem filii, quid ergo quaeris patrem? quid quaeris matrem? Aut christiana est mater, aut non est christiana, aut sancta est, aut peccatrix. Si sancta est, gaudet quia servus Domino : si peccatrix, dimittit illam, mortua est. *Homil. 17, ex divers. in Matth.*

65. Labore ingenti et fatigatione mores graves et optimos acquirimus; et quod multo temporis labore quaesiverimus, fieri potest ut egrediendo ad secularia, uno momento temporis amittamus. *Prosec.*

66. Qui post abrenuntiationem, cum secularibus versatur, in eosdem laqueos, in quibus saeculares incidunt, incidit. *Gradu 3.*

67. Melior est subditus pauper, quam solitarius, qui hinc inde distrabitur. *Ibid.*, gradu 27.

68. Expertus sum in multis negotiis, quod enim in turba seculari solum monachum versari periculosum est, in gente nostra periculosissimum est. *Epist. 76.*

69. Monachus in turba, est piscis sine aqua. *Lib. 3, de Vir. illustr. Ord. S. Bened.*, cap. 338.

70. Nihil est quod monachi propositum ita dissolvat, quomodo evagatione frequens. In cap. 4, *Regul. S. Bened.*, verbo *Cyrosagrus.*

71. Amator Christi etiam in medio multitudinis Jesum cogitat. *Homil. 12, ad Monachos.*

72. Corporis motu spiritus non polluitur, quando mentis solitudo custoditur. *Ibid.*

73. Sicut arbusta de loco in locum pluries transplantata, fructum raro afferre consueverunt; ita monachus qui de uno monasterio in aliud leviter volat, rarissime fit sanctus, seu stabilis. *Lib. 1, de Tentat. religios.*, cap. 9.

74. Rarus egressus in publicum, magnam tibi in plebe reverentiam maturitatis exhibet. *De Inst. vitae sacerdot.*, cap. 6.

75. Nihil plus nocet infirmis claustralibus quam frequens visitatio amicorum. *Orat. 5, in Conventu Abbatis.*

76. Rarus egressus magnam tibi apud homines maturitatis reverentiam prebebit. *Epist. 4, ad Nicol. Presbyt. Meranicens.*

S. ISIDORUS HISPAL.

77. Onager, ut ait Job, contemnit civitatem, et verus monachus communem secularium civium conversationem. *Lib. 3, de Summo bono*, cap. 17, sent. 5.

S. ISIDORUS PELUSIOTA.

78. Nec naturam pudorem, nec ipsam disciplinam monasticam curatis nec molliem eam, quam civitates et oculis et auribus afferunt, metuitis, nec futuram comminationem huic rei denuntiatam perhorrescitis, ad urbem crebro commeant. *Prosec.* Si suppliciorum periculum facere minime vultis, tumultuum bellum fugite, quod religiose ac Deo consecratae vitae exercitationem gravibus ac periculosis sagittis insectatur. *Lib. 1, epist. 37, ad Moniales.*

S. NILUS.

79. Verendum est, ne redeat egritudo, quod ex turba commixtione fieri consuevit. In *lib. Ascetic.*

S. JOAN. CLIM.

80. Facile in laqueos, ex quibus se extricasse arbitrabantur, rursus incidunt, qui sine timore cum mundi turbis versari student. *Ibid.*

PETR. ELES.

81. Quid est claustralem redire ad saeculum, nisi celi habitatorem cadere in infernum? *Epist. 13, ad Monach. novit.*

S. JOAN. SAR.

83. Periculosum est neophytis, et nondum in sancta religione firmatis exire in publicum. *Ibid.* 83. Si vis exire de claustro, ut obtineas libertatem, devias et aberras : recedens enim a claustro, elongaris a Deo. *Ibid.*

84. Non decet ad saeculum tam frequenter redire monastici ordinis possessorem. *Ibid.*

85. Ama, queso, claustrum, et abscede ab animo tuo desiderium exeundi. *Prosec.*

86. Nam si paradisi in hac vita praesenti est, in claustro est : quidquid enim extra est, plenum est anxietate, inquietudine, amaritudine, formidine, sollicitudine, et dolore.

87. Fallax et seductoria illa evagandi voluptas, consumit claustralis innocentiae fructus. *Ibid.*

88. Monachi est, non egredi : pium est quidem ire, pium non ire. *Lib. 7, epist. 20.*

89. Lectioni vel orationi minime vacat, quem extra egredi, et terrena quaeque tractare immittens potius necessitas dicat. *Prosec.*

90. Charitas ir eo minuitur, quia mens, quae tot actionum secularium ventos recipit, ab amoris intimi fervore tepescit.

91. Summ quoque castitas mentis spendium patitur, quia nonnunquam mens concupiscentiae, telo configitur per carnis speciem, quam exterius contemplantur. *Opusc. 12, cap. 11.*

92. Monachus discurrens lacrymarum compunctionem, quibus peccata laqueos non evadit : cum vero ad propriae habitacionis claustra revertitur, cominus illum quasi quaedam conglobata turba omnium quae viderat, vel audierat, comitatur. *Prosec.*

94. Si orationi vacare cœperit, ecce phantasmata cogitationum; ecce imagines, quas viderat, rerum : ita ut in quolibet angulo constitutus, videatur sibi istis interesse, et inter ipsas adhuc residere, etc. (Vide ibi plura.) *Ibid.*, cap. 12.

95. Monacho ab egressione ad publicum, nisi causa conversionis exegerit, studendum est declinare. *Ibid.*, cap. 13.

96. Noverit monachus vitio vagacionis addictus, quia nisi a saeculo pedem retrahat, nec perfectionis culmen attingere, nec ordinis sui digne poterit munia custodire. *Ibid.*, cap. 20.

97. Qui discurrendo per saeculum propriae libidini satisfacit, et tamen obediens se majorum jurisdictionibus asserit, noverit Deum non tam coloratis verbositatibus credere, quam de oculis hominum juxta conscientiam judicare. *Ibid.*, cap. 21.

98. Quisquis se per negotiorum secularium exercitia delectabiliter fundit, holocausti sui medullas cum visceribus subtrahit, et solam victimam pellem, quae offerri prohibetur, adolere contendit. *Ibid.*, cap. 22.

99. Monachus non aliquando progredi, nisi violenta poposcerit necessitas, acquiescat : sed id tanto parcius, tantoque agat, quanto scit, quod vagando per saeculum, neque spiritualiter vivere, neque ad perfectionis culmen valcat, etiamsi diligenter invigilet, pervenire. *Ibid.*, cap. 23.

100. Quisquis monachus perfectionis culmen aestinat attingere, intra remotionis suae claustra se

S. PETRUS DAMIANUS.



cohibeat : discurrere vero per saeculum, velut mergere se in lacum sanguinis perhorrescat. *Ibid.*, cap. 32.

101. Melius est in religione vel segnitè vivere, quam funditus in mundana conversatione perire. Opusc. 13, cap. 7.

102. Raro progressurus egradere, ut semen verbi, quod sparseras, jugiter valeas excolendo rigare. *Ibid.*, cap. 15.

103. Monachi discurrentes, non Monachi dicendi sunt, sed gyrovagi. Opusc. 27, cap. 3.

104. Nihil simplicitati nostrae cum astutia saeculari, nec decet ut qui in saeculo eremum elegimus, nunc de eremo ad saeculum redeamus. Lib. 6, epist. 12, ad Eugen. Pap.

105. Si vis in bono statu perseverare, noli extra domum tam saepe vagari. Serm. 2, ad Novit.

106. Onanto quis latius foris extenditur, tanto intus minoratur. *Ibid.*, serm. 3, divis. 1.

107. Cor religiosi debet esse in coelo, non vagari in saeculo. *Ibid.*, serm. 13, divis. 2.

108. O quem rarum et alienum est in multis religiosis saepius non egredi, qui pro poma carceris reputarent, si infra annum extra septa monasterii, vel extra portam spatium causa exire non deberent! *Ibid.*, serm. 13, divis. 10.

109. Nullos aedificat evagandi libertas, nam verè devotionis nutritius, est solitarius et religiosus inclusus. *Ibid.*, serm. 14, divis. 5.

110. Cum aliquis uno pede claudus, aut monoculus egreditur, raro utroque sanus revertitur. *Ibid.*, serm. 14, divis. 6.

111. Vulpes exiens foveam, nescit diu per rectam incidere viam : sic homo vagus, diu nequit se fingere, sed seipsum prodiit etiam invitus coram nullis ignotis, aut verbis, aut factis aperitis. *Ibid.*

112. Laudabile est homini religioso, raro foras ire, fugere videri, nolle etiam homines videre. Lib. 1, de *Imit. Christi*, cap. 20, sect. 6.

113. Laetus exitus, tristis saepe reditus parit. *Ibid.*, cap. 20, sect. 7.

114. Necessaria et utilis est vago clausura. In *Hortulo Rosar.*, cap. 8, sect. 2.

115. Qui saepius foris evagatur, raro inde melioratur. *Ibid.*, cap. 10, sect. 2.

116. Vagus horret disciplinam et cellam, sicut avis captivam. *Ibid.*, cap. 11, sect. 2.

117. Foris vagantibus Deus denegat experimentum internae suavitatis. *Ibid.*, cap. 12, sect. 3.

118. Vae tibi, qui saepe foris evagaris, et tempus infructuose expendis. In *Valle litor.*, cap. 15.

119. Vagus et instabilis vilescit, saepe foris visus : fugiens autem turbas et manens intus, reputatur sanctus. *Ibid.*, cap. 18, sect. 2.

120. Qui libenter foris ambulat, et hinc inde fabulari desiderat, raro est, quin cor suum maculet, et indevolat ad cellam pacis amicum recedat. *Ibid.*, cap. 23.

121. Qui foris vagatur, innumeris periculis patet. De *Discipl. claustr.*, cap. 7, sect. 3.

122. Quod si omne rarum, charum censetur : tanto erit quis Deo charior, et hominibus reverentior, quanto rarius foris videtur. *Prose.*

123. Lumen in lucerna clausum, fulgorem suum retinet et ardorem : extra vero positum et ejectum, levi flatu extinguitur et tenebrescit. In *Dialogo novit.*, cap. 4, sect. 4.

124. Cave a frequentè exitu, et ubi opus non habes, ne accedas. De *Exercit. spirit.*, cap. 4, sect. 2.

125. Si obedientia jubet, vel utilitas egredi requirit, vade cum decenti disciplina, et cito ad tua revertere secreta. *Ibid.*

126. Foris saepe hauritur, unde interior homo inquinatur. *Ibid.*

127. Ad cavendum laqueos apertos vel occultos, libentius sis intus, quam foris. *Ibid.*

128. Vidi frequentè evagantes, et nullum fructum inde ferentes : heu ! raro exiit sine periculo, rarius sine culpa rediit. *Ibid.*, cap. 4, sect. 4.

129. Sicut arbor fructificare non potest, si saepius transferatur : sic monachus, frequentè migrans nec potest fructificare. Lib. 5, libell. 7, de *Fortitud.*, num. 26.

130. Patres nostri deserta sequebantur, nos autem civitates sequimur. Lib. 40, cap. 168.

131. Cum in cella sum, in pace estamina mea : cum autem foris egredior, conturbor. In *Sent.* in fine positus, serm. 25.

## SENTENTIA PAGANORUM.

132. Egressurus domo, tecum expedito, quid foris agere velis : domum ubi redieris, quid egeris reputato. In *Sentent.*, serm. 2.

133. Si aliquando acciderit, ut foras promineas, et alicui placere cupias, te de statione tua dejectum esse scito. In suo *Enchirid.*, cap. 30.

134. Non est accedendum ad, unde liber regressus non sit. De *Tranquillitate animi*, cap. 5.

135. Circumcidenda est concursio. *Ibid.*, cap. 12.

136. Isti qui per officia discursant, se aliosque inquietant. De *Brevit. vite*, cap. 14.

137. Primum argumentum compositae mentis existimo, posse consistere, et secum morari : musquam est, qui ubique est, non coalescit planta, quae saepe transfertur. Epist. 2.

138. Quid tibi vitandum praecipue existimem, quavis turbam : non dum illi te tuto commiseris. Epist. 7.

139. Avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, imo vero crudelior, et inhumanior, quia inter homines fui. *Ibid.*

140. Non vagatur quod est fixum et fundatum. Epist. 35.

141. Tam frequens migratio, instabilis animi est : coalescere otio non potes, nisi desinas circumcursare et errare. *Prose.*

142. Ut animum possis continere, prius corporis tui fugam siste : interrompenda non est elegi, et vite prioris oblitio. Quoties processeris, in ipso transitu aliqua quae renovent cupiditates tuas, tibi occurrent. Epist. 69.

Vide etiam tit. *Cello*, serm. 53, 82, 83 ; *Monachus*, serm. 8, 10, 11, 90 ; *Multitudo*, serm. 40, 41 ; *Ornatus*, serm. 87 ; *Religiosus*, serm. 134.

## ELECTIO.

CASSIODOR. *Etymologia*. Eligere non est nisi de multis unum legere. Super *Psalm.* cxviii, versu *Viam veritatis elegi*.

HECO GARD. Eligere est extralios aliquid legere. Super *Luc.*, cap. vi.

S. ANTONIN. *Definitio*. Eligere est appetere aliquid propter aliquid consequendum. Part. 1, tit. 4, de *Voluntate*, cap. 2, § 4.

S. AMBROS. Eligere est alterum alteri praepitare. Super 1 *sent.*, dist. 40, art. 3, quest. 1, argument. 2.

S. JOANNES DABASAC. Nihil aliud est electio, quam ex duabus rebus propositis alterius praeter altera susceptio. Lib. 2, de *Fide orthodox.*, cap. 22.

IN VIT. PATR. Electio est appetitio eum deliberatione conjuncta earum rerum, quae in nostra potestate sites sunt. Lib. 4, in *Vita SS. Barlaam et Josephat.*, cap. 15.

PLATO. Electio est probatio recta cuiuslibet rei. *Syzygia* 6, de *Definit.*

S. AUGUST. *Divisio*. Sunt tres modi eligendi : electio, subelectio, et praeelectio. *Prose.*

Electio est quando de multitudine bonorum et malorum, eligitur bonum.

Subelectio est quando de bonis electis, eliguntur meliores : postquam de melioribus optimi eliguntur, praeelectio est. Serm. 29, ad *Fratr.* in *eremo*.

S. BONAV. Quadruplex est electio : divina, humana, angelica, diabolica. Serm. 4, *Dam.* 19, post *Pent.* in *ilud* : *Pauci vero electi*.

Eliguntur enim homines a Deo, ab hominibus, ab angelo, a diabolo : sed heu ! licet pauci sunt electi Dei, tamen electi diaboli multi sunt.

## SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS. 1. Dignus plane debet esse vir, qui sequendus proponitur omnibus. Lib. 10, epist. 82, ad *Vercellens. Ecclesiam*.

2. Si terrestrium rerum dispensatores idonei quaerendi sunt, quanto magis caelestium ? *Prose.*

3. Magna ergo cura eligendis est, qui domum Dei regendam accipiat. Super 1 *Timoth.* it, in *ilud* : *Ne in opprobrium incidat*.

4. Ubi est estimatio vel discretio, ibi est et electio. Part. 4, tit. 4, cap. 5, § 1.

5. Nobilitas excusare non potest, ut promoveatur malus : quia quanto nobilior, tanto nocivior. Part. 2, tit. 4, cap. 20, § 1.

6. Necessarium est concilium ante iudicium de eligendis haberi. Part. 2, tit. 2, de *Prudentia*, cap. 4, § 4.

7. Quisquis ad majora idoneus est, nullo magis ad minorà idoneus erit. De *Pensione et cruce Domini*.

8. Quis ferat eligi divitem ad sedem honoris, contempto paupere instructiore atque saniore ? Epist. 29.

9. Nullo pacto potes recte eligere, quando quod eligas non est. Lib. 3, de *Lib. arbitrio*, cap. 8.

10. Illum cognosce missum a Deo, quem non hominum laudatio, vel potius adulatio eligit, sed illum, quem et vita et mores optimi commendant. In *Dialogo*. lxx, quest. ultima.

11. Circa illum, quem eligis, probanda est discretio. De *Amicitia*, cap. 21.

12. Plerumque homines selecti sunt nobilitate criminum, non dignitate virtutum. Lib. 7, de *Civitate Dei*, cap. 33.

13. Ubi merita considerantur, electio est, non sors. Super *Psalm.* xxx, conc. 2, vers. 13.

14. Eliguntur qui non sunt, nec errat qui eligit, nec vane eligit ; eligit tamen, et habet electos, quos creaturas est eligendis. De *Verbis Apostoli*, serm. 11.

15. Tene certum, dimitte incertum. Homil. 44, ex *Vita Hamit*.

16. Magnum est quod elegit, qui non fallitur dum elegit, majus est quod Dei est opus ad quod elegit, sed maximum quod inior electos praeelegit. Serm. 20, ad *Fratr.* in *Eremo*.

17. Electio primo fieri debet cum discretione atque concordia ; secundo, ex charitate ; tertio de gremio Ecclesiae ; quarto qui eligitur debet esse bonae famae ; quinto virtuosae conversationis ; sexto, ut majus cupiat professe quam processit. Super *Acta Apostol.*, cap. 6.

18. Ministri eligantur, quorum vita atque doctrina illos magis exornet, quam dehonestet. *Elab.* in *Decretis Gratiani*, part. 2, causa 12, quest. 1, can. *Necessaria*.

19. Ubi se virtutum non potest ingerere comparatio, studiorum non laborat electio. Serm. de *Ordinat.* et *cardo*.

S. PETRUS MAUR. ABB. CLUNIAC.

THOMAS A KEMIS.

IN VITIS PATR.

CLEOP. LIN.

EPICTETUS

SENECA.

S. BONAV.

S. AMBROS.

S. ANTONIN.

S. ATHAN. MAGNUS.

S. AUGUST.

DIONYSIUS CARTUS.

S. EUGENIUS PAPA.

S. EUSEBIUS EMISSENS.